



# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

---

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, á la Dirección del BOLETÍN ECLESIAÍSTICO, calle de la Rua, 59.

---

## SEMINARIO PONTIFICIO DE SALAMANCA

Disposiciones relativas al curso académico de 1910 á 1911

1.<sup>a</sup> El curso académico de 1910 á 1911, se inaugurará solemnemente en este Seminario el día 1.º de Octubre. Para este acto, todos los alumnos han de concurrir á las diez de la mañana á la misa de Espíritu Santo, después de la cual será leído el discurso de apertura por un doctor del claustro de Derecho Canónico y acto seguido se declarará abierto el curso académico.

2.<sup>a</sup> La matrícula ordinaria estará abierta desde el 24 al 30 de Septiembre, ambos inclusive, de diez á doce de la mañana y de cuatro á seis de la tarde, y la extraordinaria durante todo el mes de Octubre, de

once á doce de la mañana. Esta última se otorgará solamente en casos especiales, á juicio del M. I. señor Prefecto de Estudios, de quien debe solicitarse por escrito.

3.<sup>a</sup> Todos los alumnos internos ingresarán en el Seminario el día 30 de Septiembre. En este día lo harán también en el Colegio de Calatrava los que deban cursar quinto de Sagrada Teología ó Derecho Canónico. Los ejercicios espirituales, que deben practicar anualmente los alumnos de este Instituto Pontificio, comenzarán el día que designe el Excmo. Prelado. Los exámenes de ingreso se verificarán en los días 13, 14, 29 y 30, y los extraordinarios y de suficiencia el 30 de dicho mes.

4.<sup>a</sup> Los alumnos que habiendo cursado el año anterior en el Seminario piensen continuar en él sus estudios, lo manifestarán por medio de carta al P. Rector antes del 15 de Septiembre, á fin de que se les prepare habitación para su vuelta de vacaciones, y de que los que dejen de cumplir este requisito, se entenderá que han resuelto retirarse del Seminario.

5.<sup>a</sup> Los que ingresen por vez primera, presentarán en la Secretaría de estudios respectiva, antes de 16 de Septiembre próximo, solicitud, pidiendo su admisión, á fin de que puedan tomarse los antecedentes y datos que se crean necesarios para formar juicio sobre si son ó no son dignos de ser admitidos. A esa solicitud deberán acompañar las partidas de bautismo y confirmación, en papel de peseta, un certificado del señor Cura párroco de haber dado muestras de vocación sacerdotal y otro del facultativo de gozar de buena salud y estar vacunado.



Los procedentes de otros centros docentes y extradiocesanos, habrán de presentar sus solicitudes, certificación de estudios y letras testimoniales de sus respectivos Prelados, antes del 16 de Septiembre, á fin de que haya tiempo de tomar los informes necesarios sobre su conducta y circunstancias, en la inteligencia de que ni los unos ni los otros serán admitidos hasta que estén terminados sus expedientes respectivos.

6.<sup>a</sup> Los grados académicos se conferirán durante el período señalado para la matrícula.

Salamanca, 1.<sup>o</sup> de Septiembre de 1910.

---

## MOTU PROPRIO DE SU SANTIDAD

---

SOBRE JURAMENTO QUE HAN DE PRESTAR LOS DOCTORES EN  
SAGRADA ESCRITURA

Illibatae custodiendae Religionis Nostrae doctrinae animum intendentes, plura superioribus annis providenda ac scienda curavimus quorum virtute, Decessoris Nostri fel. rec. exempla secuti, tum debitum responsis Sacri Consilii de Re Biblica obsequium firmavimus, tum proprium huiusmodi colendis studiis, aetate hac nostra quam quae maxime gravibus, Institutum condidimus. Quoniam vero non id tantummodo Cordi Nobis est alumnos, ad magisterium contendentes, praesidiis disciplinae consentaneis ita instruere ut scientiam de Re Biblica perfecte calleant et progressionem finitimarum doctrinarum in Sacros libros



defendendos apte derivent, sed etiam ut, magisterium assequuti; haustam disciplinam fideliter tradant, scientiamque in discipulorum mentibus sine ulla devii sensus suspicione inserant, idcirco formulam praeterea iurisiurandi praescribendam putavimus, quam candidati ad lauream, antequam Doctoris titulo in Sacra Scriptura donentur recitare atque emittere teneantur. Itaque, tum doctrinae Sacrae, tum Magistrorum alumnorumque, tum denique Ecclesiae ipsius securiori bono prospecturi, motu proprio atque ex certa scientiâ et matura deliberatione, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vj perpetuumque in modum, decernimus, volumus, praecipimus, ut, qui in Sacra Scriptura Doctores sint renuntiandi, iuramenti formulam in hunc, qui sequitur, modum emittant:

“Ego N. N. omni qua par est reverentia me subii-  
„cio et sincero animo adhaereo omnibus decisionibus,  
„declarationibus et praescriptionibus Apostolicae Se-  
„dis seu Romanorum Pontificum de Sacris Scripturis  
„deque recta earumdem explanandarum ratione, prae-  
„sertim vero Leonis XIII Litteris encyclicis *Providen-*  
„*tissimus Deus* die xviii Novembris anno mdcccxciii  
„datis, nec non Pii X Motu proprio *Praestantia Scrip-*  
„*turae Sacrae* dato die xviii Novembris anno mdcccxdvii,  
„eiusque Apostolicis Litteris *Vinea electa*, datis die vii  
„Maii anno mdcccxcix quibus edicitur “universos omnes  
„conscientia obstringi officio sententiis Pontificalis  
„Consilii de Re Biblica, ad doctrinam pertinentibus,  
„sive quae posthac edentur, perinde, ac decretis Sa-  
„crarum Congregationum a Pontifice probatis, se su-  
„biiciendi; nec posse notam tum detractae obedientiae



„tum temeritatis devitare aut culpa propterea vacare  
„gravi quotquot verbis scriptisque sententias has ta-  
„les impugnent„; quare spondeo me “principia et de-  
„creta per Sedem Apostolicam et pontificiam Bibli-  
„cam Commissionem edita vel edenda„ uti “supre-  
„mam studiorum normam et regulam„ fideliter, integre  
„sincereque servaturum et inviolabiliter custoditu-  
„rum, nec unquam me sive in docendo sive quomodo-  
„libet verbis scriptisque eadem esse impugnaturum.  
„Sic spondeo, sic iuro, sic me Deus adiuvet et haec  
„sancta Dei Evangelia„.

Quod vero, documento hoc Nostro, Motu proprio edito, statutum est, id ratum firmumque esse iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXIX Iunii MCMX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X.

---

## *S. C. del Santo Oficio*

---

DUDAS SOBRE INTERPRETACIÓN DEL «MOTU PROPRIO» DE 7 DE ABRIL DE 1910 ACERCA DE LAS FORMALIDADES PARA VALIDEZ DE INDULGENCIAS.

**Feria IV, die 15 Iunii 1910**

Exortis circa interpretationem Motus Proprii “Cum per Apostolicas„ diei 7 Aprilis anni currentis (1) quibusdam dubiis, Supremae huic Sacrae Congregationi S. Officii sequentia quaesita proposita sunt, videlicet:

1.º Utrum S. Congregationi S. Offici recognoscen-

---

(1) Véase la pág. 162.



dae exhiberi debeant concessiones Indulgentiarum et facultatum Indulgentias respicientium quae ante diem 1 Novembris 1908 a S. Congregatione tunc temporis Indulgentiis praeposita et a Secretariis Brevium et Memorialium obtentae fuerunt?

2.º An dictae exhibitioni sint obnoxia concessionnes Indulgentiarum facultatumque Indulgentias respicientium quae a Brevium Secretaria obtentae sunt post diem 1 Novembris 1908; quaeque sive ante sive post eandem diem 1 Novembris 1908 a quovis alio, praeter recensita, S. Sedis Officio seu Dicasterio prodierunt?

3.º An Indulgentiae ac facultates Indulgentias respicientes ante diem 1 Novembris 1908 aliter quam per tramitem alicuius ex supra laudatis S. Sedis Officiis seu Dicasteriis obtentae, debeant et ipsae. S. Congregationi S. Officii exhiberi ab eaque recognosci sub poena nullitatis?

4.º Utrum S. Congregationi S. Officii recognoscendae, ut supra, exhiberi debeant facultates, quae conceduntur ex peculiari Apostolico privilegio ab Ordinibus Religiosis, tamquam ipsorum propriae, benedicendi pias imagines, coronas, scapularia numismata et similia (utpote a Minoribus pro Crucifixis ad Viam Crucis, a Praedicatoribus pro coronis Rosarii, a Carmelitis pro scapularibus B. M. V. de Monte Carmelo, etc.), eisque Indulgentias adnectendi?

Quibus mature perpensis, Emi ac Rmi DD. Cardinales Inquisitores Generales in plenario conventu habito feria IV die 15 currentis Iunii respondendum decreverunt:

Ad 1.<sup>um</sup> Negative.

Ad 2.<sup>um</sup> Affirmative ad utramque partem.

Ad 3.<sup>um</sup> Affirmative.

Ad 4.<sup>um</sup> Negative.

Sequenti vero feria V die 16 eiusdem mensis SSmus D. N. Pius divina providentia PP. X in solita audientia R. P. D. Adessori S. Officii impertita, Emorum Patrum resolutiones adprobare et confirmare dignatus est atque insimul declarare "non fuisse suae intentionis comprehendere sub N. 1º Motus Proprii "Cum per Apostolicas," facultatem Benedictio



nem Apostolicam cum Indulgentia Plenaria una alterave vice vel determinato alicui personarum coetui impertiendi.,

Romae, ex Aedibus S. Officii, die 17 Iunii 1910.

ALOISIUS GIAMBENE, *Sustitutus pro Indulgentiis*,

L. ✠ S.

## *Sagrada Congregación Consistorial*

### I

DE LA COMPETENCIA SOBRE LAS TASAS DE LAS CURIAS  
EPISCOPALES

Propositum fuit huic Sacrae Congregationi dubium: "Utrum post Const., "Sapienti Consilio," adhuc spectet ad S. C. Concilii adprobare taxas Curiarum Episcopaliū, nec non dirimere quaestiones omnes, quae ad eas referuntur; an vero haec facultas reservanda sit huic S. C. Consistoriali.,

Re autem mature considerata et praehabito Consultorum voto, Emi PP. respondendum censuerunt: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.,

SSmus. Dominus, in audientia diei 15 Aprilis 1910. Emo. infrascripto Secretario benigne concessa, resolutionem probavit.

Die 21 Aprilis 1910. — C. CARD. DE LAI, *Secretarius*. — SCIPIO TECCHI, *Adsector*.

### II

SOBRE EL PRIVILEGIO DE LLEVAR SOLIDEO MORADO CONCEDIDO Á  
LOS OBISPOS

Propositum fuit S. Congr. Consistoriali dubium utrum Episcopi, etiam in sacris functionibus, absque



speciali indulto, uti possint privilegio deferendi pileolum violacei coloris concesso a f. r. Pio IX per Apostolicas Litteras 17 Iunii 1867 incipientes "Ecclesiarum".

Facta hac de re ab Emo. Cardinali Secretario relatione SSmo. Domino Nostro in audientia diei 22 Aprilis 1910, Sanctitas Sua, de consulto etiam Sacrarum Congregationum de "disciplina Sacramentorum," ac "Rituum," mandavit ut declaretur, eos posse a die in qua a Summo Pontifice electi sunt quamvis consecrationem episcopalem nondum susceperint; idque dum sacris operantur, non tamen a Praefatione usque ad susceptum Corpus et Sanguinem Christi Domini, ac dum divinis officiis sacrisque ritibus intersunt.

Die 2 Maii 1910.—C. CARD. DE LAI, *Secretarius*.—  
SCIPIO TECCHI, *Adsector*.

---

## S. C. de Sacramentis

---

DUDAS ACERCA DEL DECRETO SOBRE ESPONSALES Y MATRIMONIO

Vi legum inter Apostolicam Sedem et Regem fidelissimum Lusitaniae concordatarum, circa exercitium iuris regii patronatus in nonnullis dioecesibus Indiarum Orientalium, sancitum fuit ut quoad plures fideles iurisdictio quorundam Ordinariorum ea in regione sit personalis, non solum quia praefatis Ordinariis data est iurisdictio exclusiva et exempta in certa loca extra territorium continuum propriae dioecesis et intra territorium alterius dioecesis sita, sed etiam quia ob factam mutationem domicilii ab una dioecesi in aliam, iurisdictio sui cuiusque Ordinarii in subditum migrantem non admittitur. Et quod attinet etiam ad matrimonia ineunda, in comitiis S. C. de Prop. Fide una cum S. Congregatione Ecclesiasticis negotiis



extraordinariis praeposita, die 11 Septembris 1887, ad dubium VI: "Utrum quoad parochialia, baptismos, matrimonia, communionem Paschalem, Extremam Unctionem et S. Viaticum exemptis (in Archidioecesi Bombayensi) liberum sit, si velint, recurrere ad Ordinarium loci vel sacerdotes eius, ommissa quaestione de exemptione renuntianda,, responsum fuit: "Negative,, et haec atque aliae eiusmodi decisiones deinde ad omnes dioeceses duplicis jurisdictionis extensae fuerunt.

At memorata circa parochialia personalis et exclusiva iurisdictio iis in dioecesibus impediri videtur, quoad matrimonia, ex edito Decreto "Ne temere, De sponsalibus et matrimonio,, iuxta quod iurisdictio Ordinariorum et parochorum, circa adsistentiam matrimoniis praestandam, facta est omnino territorialis.

Re quidem vera quoad parochos qui in territorio aliis parochis assignato subditos sibi habent, decisum est etiam a S. C. Conc. in "Romana et aliarum, Dubiorum circa decretum de sponsalibus et matrimonio,, die 1.<sup>a</sup> Februarii 1908, eos valide matrimoniis subditorum adsistere; nam proposito dubio IX: "Ubi nam et quomodo parochus, qui in territorio aliis parochis assignato nonnullas personas vel familias sibi subditas habet, matrimoniis adsistere valeat,, responsum fuit: "Affirmative, quoad suos subditos tantum, ubique in dicto territorio, facto verbo cum Sanctissimo,,. Sed haec resolutio, quoad tum validitatem tum licitatem, iuribus parochorum territorialium officere non videtur; qui ideo, iuxta cit, decretum "Ne temere,, valide semper in propria paroecia, et licite quoque, praehabita menstrua alterutrius contrahentis commoratione, matrimoniis fidelium etiam exemptorum adsistere videntur.



Quapropter cum quaestio de praefata duplici iurisdictione in Indiis Orientalibus, quod spectat ad novas dispositiones decreti "Ne temere,, orta fuerit inter Archiepiscopum Bombayensem et Episcopum Damanensem, in generali conventu S. C. Conc. habito die 27 Iulii 1908 in "Romana et aliarum,, propositum est dubium VIII: "Utrum subditi dioecesis Damanensis, in dioecesi tamen Bombayensi commorantes, et e converso subditi dioecesis Bombayensis degentes in dioecesi Damanensi, ut validum et licitum ineant matrimonium, teneantur se sistere dumtaxat eorum parochi personali, vel possint etiam coram parochi territorii,,; cui dubio EE. PP. responderunt: "Dilata,,.

Verum tum hodiernus Archiepiscopus Goanus, Patriarcha omnium Indiarum Orientalium honoris causa, nomine etiam Ordinariorum Provinciae Ecclesiasticae Goanae, tum, ex altera parte, praefatus Archiepiscopus Bombayensis ab H. S. C. iteratis precibus petiverunt ut quaestio dirimeretur; et Goanus Archiepiscopus notitias quoque locorum et personarum exposuit, pro quibus duplex iurisdictione viget: ideoque, ut mens erat S. Congregationis Concilii, quaestio quoad omnes eius generis dioeceses in Indiis Orientalibus suscepta est definienda.

Ad quam rem in plenario conventu huius S. C. de disciplina Sacramentorum, habito die 27 mensis Maii 1910 sequens dubium solvendum propositum fuit:

"Utrum degentes in locis Indiarum Orientalium in  
„quibus viget duplex iurisdictione, ut validum et licitum  
„ineant matrimonium, teneantur se sistere dumtaxat  
„coram parochi personali, vel possint etiam coram  
„parochi territorii,,.

Et Emi. ac Rmi. Patres, re mature perpensa, proposito dubio respondendum censuerunt:



“Attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus, affirmative ad 1<sup>am</sup> partem, negative ad 2.<sup>am</sup>, facto verbo cum SSmo.”

Facta autem SSmo. relatione de omnibus a R. P. D. Secretario eiusdem S. C., in audientia diei 29 Maii 1910, Sanctitas Sua Emorum Patrum decisionem approbare et confirmare dignata est.

Datum ex aedibus S. C. de disciplina Sacramentorum, die 2 mensi Iunii anno 1910.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus*.

L. ✠ S.

Ph. Giustini, *Secretarius*.

---

## S. Congregación de Religiosos

---

### I

#### DUDAS ACERCA DE LA INTERPRETACIÓN DE LAS DECLARACIONES DEL 7 DE SEPTIEMBRE DE 1909

Cum nonnulla dubia exorta fuerint circa rectam interpretationem Declarationum huius Sacrae Congregationis de Religiosis, d. d. 7 Septembris 1909 (1), quoad articulum VI, Decreti “Auctis admodum”, eorum solutio ab hac eadem Sacra Congregatione expostulata fuit, nimirum:

1. Utrum praedictae Declarationes respiciant tantum Domus Religiosas studiorum solius Italiae, an etiam, eas ubique terrarum constitutas.

---

(1) Véase la pág. 15 de este BOLETÍN.



2. Utrum eisdem Declarationibus sese conformare debeant eae tantum Congregationes Religiosae, in quibus emittuntur vota, an etiam illae, quibus alumni ligantur simplici promissione perseverantiae, ut apud Eudistas.

3. Utrum, contracto vacationum tempore, et pressius aucto studiorum conatu, totus Theologiae cursus tribus tantum annis comprehendi possit; an potius per quatuor integros annos academicos, scilicet per quadraginta quinque menses integros, computatis vacationibus trium priorum annorum, semper protrahi debeat.

Et Sacra eadem Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit, prouti respondet:

Ad 1. Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam.

Ad 2. Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam.

Ad 3. Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam.

Contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae, die 31 Maii 1910.

FR. I. C. CARD. VIVES, *Praefectus*.

L. ✠ S.

F. Cherubini, *Subsecretarius*.

---

## II

CIRCA EVULGATIONEM DECRETORUM HUIUS SACRAE CONGREGATIONIS

Apostolica Sedes, admodum sollicita provehendae perfectionis inter religiosas utriusque sexus Familias,



plures edidit easque saluberrimas leges, quibus quaedam vetantur, quaedam praescribuntur, ad Sodalium, ingressum, institutionem, vota, studia, vitae externae rationem aliaque id genus apte moderanda.

Inter quas leges, nonnullae tanti ponderis sunt, ut, iis non servatis, quidam actus invalidi, alii poenis ecclesiasticis mulctati, omnes autem saltem illiciti sint.

Saepe vero contingit, ut quae Apostolica Sedes sapienter constituit, ad notitiam omnium Congregationum vel Domorum Religiosarum, praesertim Monialium, non perveniat, legum beneficio sic prorsus amisso. Ita, in exemplum, dicendum de Decretis *Singulari quidem*, 27 Martii 1896, quoad quaestionem; *Perpensis*, 3 Maii 1902, de triennali experimento solemni professioni religiosae praemittendo; *Quemadmodum*, 17 Decembris 1890, de relatione conscientiae; *Sacra Tridentina Synodus*, 20 Decembris 1905, de Communionem frequenti, *Inter ea*, 7 Septembris 1909, de quibusdam postulantibus in religiosas Familias non admittendis; *Sanctissimum*, 4 Ianuarii 1910, quo praecedens Decretum ad religiosas mulierum Familias extenditur, et de aliis.

Haec igitur Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, summopere commendat Rvms. locorum Ordinariis eorumque Delegatis seu Deputatis ad Monasteria, praesertim Monialium, quae Domum sui iuris constituunt, nec generalem Superiorissam habent, ut notitiam Decretorum, etiam in posterum edendorum, quae vitam religiosam respiciunt, efficaciter evulgent inter religiosas Familias et Instituta quoque Dioecesana, ad abusum, si qui irrepserint, tollendos, ad bonum largius diffundendum et uniformitatem in rerum canonicarum observantiam ubique obtinendam.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregatio-



nis de Religiosis, die 3 Julii 1910.—Fr. I. C. Card. Vives, *Praefectus*.—F. Cherubini, *Subsecretarius*.

---

## DUBIUM

### CIRCA MISSAM PAROCHIALEM

---

Sacrorum Rituum Congregationi, pro opportuna solutione, sequens dubium propositum fuit, nimirum:

In quibusdam Dioecesibus, Missa in Festis suppresis celebranda et applicanda pro populo, de speciali Indulto Apostolicae Sedis, pro peculiari aliqua intentione applicari potest, dummodo stipendium ad commune aerarium dioecesanum deferatur. Quaeritur: Utrum in Ecclesiis Parochialibus, ubi unus est tantum Sacerdos, dictis diebus, enuntiata Missa necessario sit celebranda de die currente; an possit esse cum cantu de Requite in die et pro die obitus seu depositionis, physice vel moraliter praesente cadavere?

Et Sacra Rituum Congregatio, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, re sedulo discussa et perpensa, propositae quaestioni ita respondendum esse censuit: Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 8 Julii 1910.

FR. S. CARD. MARTINELLI, S. R. C., *Praefectus*.

L. ✠ S.

† PETRUS LA FONTAINE, EPISC. CHARYSTIEN., *Secretarius*.



## COMISIÓN «DE RE BIBLICA»

---

SOBRE LOS AUTORES Y TIEMPO EN QUE SE COMPUSIERON LOS SALMOS

I. Utrum appellationes "Psalmi David, Hymni David, Liber psalmoreum David, Psalterium Davidicum," in antiquis collectionibus et in conciliis ipsis asurpatae ad designandum Veteris Testamenti Librum CL psalmoreum; sicut etiam plurium Patrum et Doctorum sententia, qui tenuerunt omnes prorsus Psalterii psalmos uni David esse adscribendos, tantam vim habeant, ut Psalterii totius unicus auctor David haberi debeat?

Resp. Negative.

II. Utrum ex concordantia textus hebraici cum graeco textu alexandrino aliisque vetustis versionibus argui iure possit, titulos psalmoreum hebraico textui praefixos antiquiores esse versione sic dicta LXX virorum; ac proinde si non directe ab auctoribus ipsis psalmoreum, a vetusta saltem iudaica traditione derivasse?

Resp. Affirmative.

III. Utrum praedicti psalmoreum tituli, iudaicae traditionis testes, quando nulla ratio gravis est contra eorum genuinitatem, prudenter possint in dubium revocari?

Resp. Negative.

IV. Utrum, si considerentur Sacrae Scripturae haud infrequetia testimonia circa naturalem Davidis peritiam, Spiritus Sancti charismate illustrata: in



componendis carminibus religiosis, institutiones ab ipso conditae de cantu psalmodiarum liturgico, attributiones psalmodiarum ipsi factae tum in Veteri Testamento, tum in Novo, tum in ipsis inscriptionibus, quae psalmis ab antiquo praefixae sunt; insuper consensus Iudaeorum, Patrum et Doctorum Ecclesiae, prudenter denegari possit praecipuum Psalterii carminum Davidem esse auctorem, vel contra affirmari paucadumtaxat eidem regio Psalti carmina esse tribuenda?

Resp. Negative ad utramque partem.

V. Utrum in specie denegari possit davidica origo eorum psalmodiarum, qui in Veteri vel Novo Testamento diserte sub Davidis nomine citantur, inter quos prae ceteris recensendi veniunt psalmus II "Quare fremuerunt gentes,,"; ps. XV "Conserva me, Domine,,"; ps. XVII "Diligam te, Domine, fortitudo mea,,"; XXXI "Beati quorum remissae sunt iniquitates,,"; ps. LXVIII "Salvum me fac, Deus,,"; ps. CIX "Dixit Dominus Domino meo,,"?

Resp. Negative.

VI. Utrum sententia eorum admitti possit qui tenent, inter psalterii psalmos nonnullos esse sive Davidis sive aliorum auctorum, qui propter rationes liturgicas et musicales, oscitantiam amanuensium aliasve incomptas causas in plures fuerint divisi vel in unum coniuncti; itemque alios esse psalmos, uti "Miserere mei, Deus,," qui ut melius aptarentur circumstantiis historicis vel solemnitatibus populi iudaici, leviter fuerint retractati vel modificati, subtractione aut additione unius alteriusve versiculi, salva tamen totius textus sacri inspiratione?

Resp. Affirmative ad utramque partem.



VII. Utrum sententia eorum inter recentiores scriptorum, qui iudiciis dumtaxat internis innixi vel minus recta sacri textus interpretatione demonstrare conati sunt non paucos esse psalmos post tempora Esdrae et Nehemiae, quinimo aevo Machabaeorum, compositos, probaliter sustineri possit?

Resp. Negative.

VIII. Utrum ex multiplici sacrorum Librorum Novi Testamenti testimonio et unanimi Patrum consensu, fatentibus etiam iudaicae gentis scriptoribus, plures agnoscendi sint psalmi prophetici et messianici, qui futuri Liberatoris adventum, regnum, sacerdotium, passionem, mortem et resurrectionem vaticinati sunt; ac proinde reiicienda prorsus eorum sententia sit, qui indolem psalmodiarum propheticae ac messianicae pervertentes, eadem de Christo oracula ad futuram tantum sortem populi electi praenuntiantem coarctant?

Resp. Afirmative ad utramque partem.

Die autem 1 Maii 1910, in audientia utriusque Rmno. Consultori ab actis benigne concessa, Sanctissimus praedicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae, 1 Maii 1910.

Fulcranus Vigouroux, P. S. S.

Laurentius Janssens, O. S. B.

*Consultores ab actis.*

---



## SENTENCIA DEL TRIBUNAL SUPREMO

---

En la Villa y Corte de Madrid á 24 de Mayo de 1909, en el recurso de casación por infracción de ley que ante Nós pende, interpuesto á nombre de Claudio Margall Serdá, José Gimbernat Durán, Luis López Rodríguez y Alejandro López Rodríguez, contra sentencia de la Audiencia de Gerona, pronunciada en causa por inhumación ilegal.

Resultando que la indicada sentencia dictada en 28 de Octubre último, contiene lo siguiente:

Resultando probado que el niño de cinco años José Gimbernat Res, natural de la ciudad de Figueras, fué bautizado en la iglesia parroquial de Aviñonet, como hijo legítimo de José Gimbernat Durán y de Enriqueta Res Buixo, en 29 de Abril de 1905:

Resultando probado que dicho niño falleció en el referido pueblo de Aviñonet, en casa de su abuelo paterno, el día 7 de Diciembre de 1907:

Resultando probado que sin embargo de ser sabedores de que el repetido niño había sido bautizado y se hallaba por consiguiente en el seno de la Iglesia Católica al ocurrir su fallecimiento, los procesados D. Luis López Rodríguez, Director de una misión protestante en Figueras, su hermano don Alejandro López Rodríguez, de iguales creencias, y el padre del niño José Gimbernat Durán, que se hallaba al servicio de dichos hermanos regentando una escuela evangélica en el pueblo de Vilabestrán, puestos de acuerdo con el Alcalde de Aviñonet, D. Claudio Margall Serdá, que conocía también la circunstancia del bautismo del niño de que se trata, solicitaron y obtuvieron de dicho Alcalde autorización para enterrar



al niño José Gimbernat Res en el Cementerio civil ó neutro, en construcción, y no abierto aún al servicio á que se le destinaba:

Resultando probado que conseguida la autorización el día siguiente, 8 de Diciembre de 1907, fué enterrado aquel niño en el Cementerio expresado:

Resultando que dicho Tribunal condenó á Claudio Margall Serdá, José Gimbernat Durán, Luis y Alejandro López Rodríguez como autores del delito de infracción de las leyes sobre inhumaciones, previsto y castigado en el artículo 349 del Código Penal, sin la concurrencia de circunstancias modificativas de su responsabilidad criminal, á cada uno á la pena de dos meses y un día de arresto mayor, accesorias correspondientes, multa de 150 pesetas con el apremio personal, caso de insolvencia, por la multa y una cuarta parte de las costas procesales:

Resultando que á nombre de dichos procesados se ha interpuesto recurso de casación por infracción de ley, fundado en el número 1.º del artículo 849 de la ley de Enjuiciamiento Criminal, citando como infringidos.

Único. Por indebida aplicación del artículo 349 del Código Penal al estimar comprendidos en el mismo los hechos declarados probados en sentencia recurrida que no son constitutivos de delito alguno, porque el hecho de que un padre después de haber obtenido la necesaria autorización administrativa entierre en un Cementerio neutro á un hijo impuber bautizado, no sólo no es constitutivo de un legítimo derecho, lo eual demuestra relacionando el art. 11 de la Constitución de la Monarquía Española, que establece el principio de la tolerancia de cultos, con las disposiciones del vigente Código civil en lo que se refiere á los derechos de la patria potestad por lo que el padre que ha tenido libertad para bautizar ó no á



su hijo, según sus convicciones, tiene también facultad para hacerle cambiar de comunión religiosa, porque la voluntad del mismo sustituye á la del hijo que no puede expresar la suya de un modo consciente; y en cuanto á que el Cementerio expresado estaba en construcción y no abierto al servicio público, ésta podía estar tan adelantada que permitiera ejecutarse el acto referido, con sujeción á los preceptos de la higiene, y puede desde luego, inaugurado en el momento que la Autoridad administrativa concede la primera autorización para enterrar:

Resultando que admitido el recurso fué impugnado en el acto de la Vista por el Ministerio Fiscal:

Visto, siendo Ponente el Sr. Magistrado D. Miguel L. de Sá.

Considerando que el Cementerio civil está reservado, por nuestro Derecho positivo, para los que mueran fuera de la comunión católica, y por lo tanto se quebrantan las leyes relativas á las inhumaciones cuando en un cementerio de esa clase, como ocurrió en el presente caso, se entierra el cadáver de un párvulo bautizado, porque el niño, por virtud de las aguas del bautismo, adquiere la cualidad de católico, y con ello el derecho á la sepultura eclesiástica, derecho que, por ser personalísimo, si puede renunciarse por el interesado al llegar á la mayoría de edad, separándose del gremio de la Iglesia, queda subsistente hasta entonces, ya que nadie, ni aun su propio padre, pueda privarle del mismo, pues los padres, en el supuesto de que su potestad se prolongara hasta después de la muerte del sometido á ella, no ejercen, conforme á los dictados del Código civil, un poder absoluto, sino un poder de protección instituido en favor de sus hijos menores y regulado, con facultades limitadas, por los artículos 155 y siguientes de dicho Código, sin que esta doctrina, pro-



clamada por repetidas resoluciones del Gobierno, de acuerdo con el dictamen del Consejo de Estado, y especialmente por la Real orden de 8 de Noviembre de 1890, se oponga en lo más mínimo á la tolerancia religiosa establecida en el artículo 11 de la Constitución de la Monarquía:

Considerando, por lo expuesto, que verificado el sepelio del párvulo de que se trata en un Cementerio civil que ni aun siquiera podía estimarse como tal, porque, estando en construcción, no se había abierto al público, según se declara en la sentencia recurrida, es evidente que ese hecho se ajusta á los moldes del art. 349 del Código penal, que conmina con las sanciones establecidas en el mismo á los que practicasen ó hubiesen hecho practicar una inhumación contraviniendo á lo dispuesto por las leyes ó reglamentos respecto al tiempo, sitio y demás formalidades prescriptas para las inhumaciones; y por lo tanto, el Tribunal sentenciador, al calificar y penar como delito el hecho mencionado, no ha incurrido en el error de Derecho ni cometido las infracciones legales que en el recurso se elean:

Fallamos que debemos declarar y declaramos no haber lugar al interpuesto por Claudio Margall Serdá, Luis López Rodríguez, Alejandro López Rodríguez y José Gimbernat Durán, á quienes condenamos en las costas; y á los tres primeros á la pérdida de los depósitos constituídos, á los que se les darán la inversión correspondiente, y al último al pago, si mejorase de fortuna, de 125 pesetas por razón de depósito no constituido. Comuníquese esta resolución á la Audiencia de Gerona, á los efectos oportunos.

Así por esta nuestra sentencia, que se publicará en la *Gaceta de Madrid* é insertará en la *Colección Legislativa*, lo pronunciamos, mandamos y firmamos.—Pedro Lavín.—



Alvaro Landeira.—Manuel F. Loaysa. — Miguel L. de Sá.— Luis G. Valdés.—El Magistrado Sr. Vázquez votó en Sala y no pudo firmar: Pedro Lavín.—Ricardo J. Ortiz.

*Publicación.*—Leída y publicada fué la anterior sentencia por el Excelentísimo Sr. D. Miguel L. de Sá, Magistrado del Tribunal Supremo, celebrando Audiencia pública su Sala de lo Criminal en el día de hoy, de que certifico como Secretario de ella.

Madrid, 24 de Mayo de 1909.—*José María Armada.*

---

## COLLATIO MORALIS MENSE SEPTEMBRE HABENDA

---

### QUAESTIO DOCTRINALIS

Utrum accipere usuram pro pecunia mutuata sit peccatum? S. Thom. 2.<sup>a</sup> 2.<sup>ae</sup> q. LXXVIII. a. 1.<sup>o</sup>

### CASUS CONSCIENTIÆ

Martinus, ex nobili familianatus, *minor non emancipatus*, a Gregorio usurario mutuo accepit 10.000 libell, pacto auctario annuo 30 %. Qua pecunia Martinus tercenta emit involucra nicotiana avanensibus confecta foliis, sex in singula libellas impendens. Rem postea apud Societatem, quae contra damna ignis est, tutam voluit, et pecuniam, prout constituta legesque ferunt, persolvit. Tum, rite quotidie faciens, testibus sibi adhibitis, involucra, admoto igne, suaviter adspirans fumum, mensibus feretribus consumpsit.



Post haec Societatem, quae facinus suspicata, sponte solvere renuisset, compellavit ad iudicem, quia rem, de qua cantum erat, ignis combusserat.

Index tulit sententiam et “Societas, inquit, esto damnata in solvendo illo, quod cavit, insuper, prout aestimata lis est, ducentarum pondo libellarum.”

At mora non fuit quin et societas ipsa Martinum crimine accusaret, et voluntarii incendii reum fecit,

Index idem duxit Martinum sceleris patrati reum. et carcere mulctavit centum diebus integris: litem tanti fisco aestimavit quanti emptio involucrorum fuerat; de compensando autem damno Societati illato nihil cavit.

Novem menses erant quum Martinus, iam *maior*, apud eundem iudicem, nullitatem contractus usurarii invocavit. Index, re perpensa, nullum contractum duxit et Martinum onere solvit Gregorio restituendi et sortem et auctarium.

#### IUDICA

- 1.º Contractum mutui inter Martinum et Gregorium.
- 2.º Sententias latas a iudice ad normas iustitiae.

---

### BIBLIOGRAFIA

---

Se ha publicado el primer número de la *Revista Catequística*, bajo la dirección del M. I. Sr. Lic. D. Domingo Rodríguez Muñoz, dignidad de Tesorero de la S. I. M. de Valladolid.

Tiene por objeto la nueva publicación ayudar á los que se dedican



á la enseñanza del Catecismo, obra santísima que, según hermosa frase de San Pío V, «ha de salvar la Sociedad Cristiana» y hacer que se cumplan los deseos de N. P. S. Pío X, que manda trabajar «con esfuerzo, ardor y constancia, para que la doctrina cristiana penetre en todas las almas y las empape enteramente».

Aconsejamos á los venerables Párrocos del Obispado la suscripción á esta revista, seguros de que en ella han de encontrar bien preparada la labor de enseñar la doctrina cristiana á los adultos y á los niños.

---

Recomendamos encarecidamente la adquisición del libro, que con el título de *Lo que puede un cura hoy*, ha publicado el benemérito señor Arcipreste de Huelva.

Precio del libro, una peseta.

